



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,  
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Quando licet dare infirmo non jejuno Communionem, §. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41783**

## §. 10.

*Quando licet dare infirmo non  
jejuno Communionem.*

17 **P**Rivilegio sumendi Eu-  
charistiam non jejunū,  
tunc demum quis, instante mor-  
te, uti valet, cum necessitas ex-  
poscit. Vidi ego timoratos quos-  
dam non jejuno dedisse Viati-  
cum, cum facillimè potuissent  
jejuno. Sanè non ritè, eosque  
modestè monui, privilegium  
ejusmodi non esse viatico abso-  
lutè concessum, sed sub condi-  
tione necessitatis illud non je-  
junè sumendi. Quoniam verò  
articulus mortis est, quando  
brevis inevitabiliter moriturus  
est ægrotus; periculum verò  
quando probabiliter dubitatur,  
non post multum tempus de  
ejusdem morte, quæ frequenter  
in tali casu accidere solet; hoc  
privi-

*a Suar. de  
Euc. d. 69  
sec. 3. §.  
Rogabis  
initio.*

privi  
in a  
sicut  
refer  
te. C  
debe  
Medi  
arbit  
quan  
minu  
quan  
ut, ex  
illi r  
non v  
devo  
susci  
18  
præc  
da.  
test e  
nica  
firm  
occid  
jejun  
tur

privilegium habet fidelis, tum in articulo, *b* tum in periculo: sicut etiam habet posse absolvi, à reservatis à quocunque Sacerdote. Quale autem, & quantum debeat esse periculum, potius ex Medici prudentia, vel astantium arbitrio cognoscendum erit, quam aliunde. Illud certum est, minus periculum hic requiri, quam requirat extrema unctio: ut, ex praxi communi, constat, illi rationi innixa, quod morti non valdè proximus majori cum devotione sacram refectioem suscipere poterit.

18 Non est tamen scrupulosè prædicta necessitas expendenda. Vnde, si commodè non potest expectari, quando is communicandus sit jejunus, sive sit infirmus, sive sit iustè, vel injustè occidendus; communicetur, non jejunus. Immo Iudex non tenetur expectare executionem

N 4

moris 3. n. 72.

*b De Lug.  
de Euch.  
d. 15. sec. 3  
n. 74.*

*c Idem De  
Lugo d.  
cit. 15. sect.*

mortis in reo, ut is communico  
non jejunus.

*d. Ib. n. 74*

19 Simili ratione d. incommo-  
ditas, quæ esset in iis, qui com-  
municare infirmum debent, ex-  
cusat à jejunio. Hinc excusan-  
tur, qui ne statim post mediam  
noctem surgant, ad dandum in-  
firmo jejuno Communionem;  
dant Vesperi non jejuno.

*e. Ibid.*

20 Parochus item excusatur,  
e qui impeditus manè in Eccle-  
sia, expeditius sero accedit ad  
ægotum non jejunum commu-  
nicandum. Invenio etiam excu-  
sari Parochum ex eo capite, quod  
vesperi cum majori decentia,  
comitantibus laicis Sacramen-  
tum deferret, quàm mane. Ra-  
tio autem prædictorum est, quia  
non tam rigorosè accipiendum  
esse ejusmodi præceptum, in oc-  
casionè Viatici, ipsa piorum præ-  
xis docet. Nam propterea idem  
privilegium extendi probabili-  
ter ad Sacerdotem, ut possit non  
jeju-

jejunus celebrare, si non adsint  
aliæ particulæ consecratæ, ad  
dandum alteri Viaticum, dixi-  
mus supra c. 2. §. 8. n. 32.

21 Illud denique huc reduci  
potest, quòd si infirmus res sic-  
cas, atque adeo Sacratissimam  
hostiam deglutire non potest, et-  
iam sumpto post illam vino, vel  
aliquo liquore; aptum reme-  
dium fore putant aliqui, hostiam  
sacram intinctam vino à Sacer-  
dotis manibus infirmo porri-  
gi: porrigi enim per cocleare,  
vel aliud aptum instrumentum  
argenteum, vel aureum vino ple-  
num, indè difficilè aliquibus *ff Bonac d.*  
fit, quia etiam peste infectis non *4. de Euc.*  
conceditur per similia instru- *9. 5. p. 2.*  
menta sacram hostiam porrige- *n. 10. lege*  
re: cum consuetudo Ecclesiæ *Suar. de*  
Latinæ sit à manibus sacri mi- *pœn. d. 44*  
nistri esse Eucharistiam imme- *sect. 3. n. 17*  
diatè suscipiendam. Quamvis  
non improbabiliter, si sine scan-  
dalo, & periculo lapsus Eucha-  
ristiæ

*g. Posses.* ristiæ in terram fiat, posse non  
*apud eun-* nemo censeat.

*de Bonac.* Alia quædam pertinentia ad  
Parochum deferentem Viati-  
cum habes infra cap. 6. §. 1. sicuti  
etiam quid fiet cum infirmo pa-  
tienti vomitum, habuisti cap. 2.  
§. 5. & c. 3. §. 4.

## §. II.

*An qui semel Viatico refectus fuit,  
possit intra eandem ægritu-  
dinem, sepius non jeju-  
nus communicare.*

22 **T**Ribus dictis, quæ ad  
propositam difficulta-  
tem pertinent, meo more, hoc  
est breviter, expediam. Dico  
primo si morbus statum mutet,  
*a De Lugo* ut, si ægrotus in vitæ periculo  
*d. de Euc.* versabatur, & deinde convaluit,  
*15. sect. 3.* cui postea simile periculum re-  
*n. 62. &* diit; postea *a* in posteriore hoc  
*communiter* periculo, non jejunus commu-  
nicare